



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

Inhaltsverzeichnis

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

iunii edoceri expetierat. Baron. ann. 417. num. 6. Vide notas Can.
Apost. 65.

EPISTOLA I.
INNOCENTII PAPÆ I.

DECENTII CONSULTATIONIBVS RESPONDENS,
nonnullas Romanæ Ecclesiæ traditiones explicat
quas obseruandas esse demonstrat.

- | | |
|------------------------------------|---------------------------------|
| I. De pacis osculo dando post con- | v. De fermento , quod ciuitatis |
| fecta mysteria. | tantum presbyterus dirigatur. |
| II. De nominibus ante precem sa- | VI. De energumenis baptizatis. |
| cerdotis non recitandis. | VII. De pænitentibus. |
| III. Quod non debeant baptizati | VIII. De epistola sancti Iacobi |
| nisi ab Episcopo consignari. | Apostoli , in qua pro infirmis |
| IV. Quod rite omni sabbato ieiu- | orari precipitur. |
| netur. | |

Innocentius Decentio Episcopo Eugubino salutem.

Si instituta ecclesiastica, ut sunt a beatis Apostolis tra-
dita, integra vellent seruare Domini sacerdotes, nul-
la diuersitas, nulla varietas in ipsis ordinibus & consecra-
tionibus haberetur. Sed dum vnuquisque , non quod
traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc estimat esse
tenendum, inde diuersa in diuersis locis vel ecclesiis aut
teneri, aut celebrari videntur: ac fit scandalum populis:
qui dum nesciunt traditiones antiquas, humana præsum-
ptione corruptas, putant sibi aut Ecclesiæ non conueni-
re, aut ab Apostolis vel ab apostolicis viris contrarietatem
inductam. *Quis enim nesciat, aut non aduertat, id quod* Dicit. II.
a principe Apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ tradi- Quis enim
nesciat.
tum est, ac nunc vsque custoditur, ab omnibus debere
seruari, nec superinduci aut introduci aliquid, quod aut
auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur
exemplum? præsertim cum sit manifestum, in omnem
Italiam, Gallias, Hispanias, Africam atque Siciliam, in-
fulasque interiacentes, nullum instituisse Ecclesiæ, nisi
*eos, quos venerabilis Apostolus Petrus aut eius succe-
sores constituerint sacerdotes? Aut legant, si in his pro-
vinciis alias Apostolorum inuenitur aut legitur docu-
se. Quod si non legunt, quia nusquam inueniunt, opor-*

A iij